



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

LXXIII. Der Convent des Klosters Diesdorf bekundet den Beitrag, welche die Wittve Elisabeth von Walstawe und ihre beiden Töchter zur Erwerbung von Wendisch-Grauenstede geleistet haben, am 11. Juni ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

hebben gehat, also dat we, vnse eruen vnd nakamelinghe nicht recht es edder leenrecht es edder jennigerlei ansprake noch angefelle an deme vorbenomeden dorpe wendischen Grauenstede willen edder scollen beholden. To ener betuginghe deser vorscreuen dinghe so hebbe we her Wilhelm vnde Junchere Lodewich, vorbenomet, vnse inghefegele ghehenget laten to dessem breue, de gegeuen vnd screuen is to Tzelle, na Goddes bord dusend jar, drehundert jar, an deme festeghesten jare, des sondaghs, also me singbeth quasi modo geniti infantes.

Gercken's Dipl. II, 219. 220.

LXXII. Der Convent des Klosters Diesdorf befundet die Stiftung, welche zwei Conventualinnen mit ihrem Antheil an einer Salzhebung aus Lüneburg gemacht haben, am 11. Juni 1360.

Nos Johannes Bok prepositus, Elyzabeth priorissa totusque conuentus monasterii in insula Marie Dystorpe recognoscimus publice protestantes in his scriptis, quod in Christo nobis dilecte Ermeghardis iunior, Caritatrix, ac Ghertrudis, ambe filie Johannis Longi pie memorie in Lüneburgh, nostre sanctimoniales, prehabito sano nostro consensu et consilio quartam partem dimidii plaustri salis, per eandem Ermeghardem Caritatricem ab honorabilibus viris Johanne Beue, Johanne Viscule nec non a domina Margaretha relicta quondam Alberti de Lübeke in Lüneburch pro XVIII marcis Lüneburgensium denariorum temporibus perpetuis emptam, largisue in honorem summi patris erogauerunt. Tali conditione interposita, quod post obitum ambarum prescriptarum personarum singulis annis in perpetuum persona officio preexistens caritatis debeat singulis vigiliis beatorum apostolorum de pretacta quarta parte dimidii plaustri salis cuiilibet persone religiose procurando dulciter magnum bicarium melioris cereuisie ministrare, ut eo deuotius ac diligentius cuncte persone tali participantis refectione pro animabus suarum nec non progenitorum summum patrem dignentur deprecare. Vt autem singula prescripta rata maneant et inconuulsa presens hec litera sigillis nostri conuentus sicut solidata. Datum anno domini M^o. CCC^o. sexagesimo, ipso die sacro apostoli Barnabe gloriosi.

Gercken's Dipl. II, 217. 218.

LXXIII. Der Convent des Klosters Diesdorf befundet den Beitrag, welche die Wittwe Elisabeth von Walstawe und ihre beiden Töchter zur Erwerbung von Wendisch-Grauenstede geleistet haben, am 11. Juni 1360.

Nos Johannes Bok prepositus, Elyzabeth priorissa communisque conuentus in insula Marie monasterii Dystorpe recognoscimus publice protestantes in his scriptis, Quod

Elyzabeth relicta quondam senioris Syfridi, famosi famuli de Walltaue, pie memorie, Elyzabeth, nostri monasterii professa, nec non Mechtildis secularis, ambe filie predictorum, nostro consensu prehabitoque consilio ad comparationem integre Slauike Grauenstete ville per nos de consensu nostrorum omnium a domino Boldeuino strenuo militi suisque legitimis heredibus, cognomine Bodendike fulgentibus, ad perpetua nostro claustro empte tempora V marcas Brandenb. argenti apposuerunt, ut de censu hujus ville scilicet prompte pecunie VIII solidi Luneburgensium denariorum prefatis tribus personis annuatim suis vite temporis in quolibet festo Martini confessoris et Episcopi debentur indubie per nos ministrari. Illis vero viam vniuersae carnis transeuntibus personis tribus prenotati VIII solidi ad refectionem secunde serie paschalis tempore festo proxime volumus et debemus in perpetuum presentari omni dubio procul moto —. Datum anno domini M^o. CCC^o. sexagesimo, ipso die sacro apostoli Barnabe gloriosi.

Gercken's Dipl. II, S. 221. 222.

LXXIV. Der Convent des Klosters Diesdorf verkauft der Wittwe Hennings von dem Kneesebeck und seiner Conventualin Elisabeth Arnesberg eine Hebung aus Wendisch-Grauenstede zur Stiftung eines ewigen Lichtes, am 24. Juni 1360.

Nos Johannes de Bok prepositus, Elyzabeth priorissa totusque conuentus sanctimonialium in Dystorpe vniuersis Christi fidelibus recognoscimus per presentes, Quod honesta domina Margaretha, relicta strenui famuli Henningi de Kneesebek, et Elyzabeth Arnesberge, conforor nostra, ob remedium animarum — emerunt II marcas denariorum in villa wendischen Grauenstede pro XX marcis denariorum Luneburg. persolutis persoluendas et exsoluendas certo tempore census — ad perpetuum cereum procurandum —. In hujus facti euidenciam firmiorem presens scriptum sigillis nostris dedimus communitum. Datum anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo, die Johannis Baptiste natiuitatis.

Gerckens Dipl. II, 223.

LXXV. Dergleichen Verschreibungen für mehrere andere Conventualinnen, vom 24. Juni 1360.

Nos Johannes de Bock prepositus, Elisabeth Priorissa totusque conuentus sanctimonialium in Dystorpe vniuersis Christi fidelibus recognoscimus per presentes, Quod in Christo nobis Hereke et Alheydis sorores de Brunswick emerunt in villa wendischen Grauenstede vnam marciam denariorum pro X marcis denariorum Lüneburgensium persolutis percipiendam et exsoluendam certo tempore census. Quam marciam officialis corporis Christi ad